

igazítsuk a kevesebbet, azomban hogy ujjitók legyünk, azt éppen nem akarom; hanem inkább régítők, ha azt úgy intézhetjük, hogy újra ne keljen tanulni nyelvünket.

Első, második, harmadik December, — ez is hiba; ők vagy a' napokat nevezik Hónap' nevével, vagy a' szók' elrakásában hibáznak; 's akarván írni December első napját, írtak először első Decembernapját; 's utóbb ellipsissel Első decembert. Illyen forma hiba a' mi Papjainkban, mikor e helyett Sz. Pál Korinthusba küldött első levele; azt mondják: Sz. Pál először Korinthusba küldött levele.

Hadd mentsem már a' *Mindenes Gyűlytemény'* Irójit is. Gyűlök, *gyűlytöm*, gyúlok, *gyűlytóm*, fűlök, *fűlytöm*, fúlok *fűlytom*; én mind jónak tartom; az első és második, sem nem ízetlen, sem hangot nem ront; *fűlytöm*, jobb mint fűtöm és fűttöm csak betű hagyás; nálunk körskörül így hangzik fűjtöm; fűlytom ha a szokásra nézek is szint olyan jó, mint fojtom, a Dunától fogva a' mi részünkön mindenütt így hangzik fűjtöm; és úgy fog hangzani, ha így írom is fűlytom; és így még itt nem volna szükség a' törsök szó betűjétől eltávozni, sőt ama' más Dialectusokat is igazítani lehetne; hanem már öszűlyti, nem ide tartozik; mert itt nem az a' törsök, *öszűl*, hanem *ösz*, melyből lessz mind az *öszűlök*, mind az *öszítem*; mint a' *készűlök*, *készítem*; de a többiben maga a' verbum a' törsök fül, fúlok, fűlytom, gyűl, gyűlök, gyűlytöm, 's a t.

A' lélek halhatatlanságáról írt gondolatimért én nem köszönetet vártam az Úrtól, hanem egy minden kedvezés nélkül való Krisist. — Többire hosszas levelemnek engedelmet kérek, 's betses fávöriba ajánlva maradok

Az Urnak

Szántód 2 Marcy 1790.

igaz szívű szolgálja
Horváth Ádám mpr.

[Eredetije két 4r. alakú papiroslevélen a sárospataki ref. főiskolai könyvtár kéziratárában. Borítéka hiányzik.]

KÖZLI HARSÁNYI ISTVÁN.

GRÓF BETHLEN MIKLÓS BÉCSI FOGSÁGÁRÓL.

Az alább közlendő — tudomásom szerint — ismeretlen okiratok elsősorban a gr. Bethlen Miklós bécsi fogságában beálló változásra vetnek világosságot és sok tekintetben kiegészítik azon közléseket, melyek bécsi fogságának idejéről eddig megjelentek. (Pl. Irodalomtörténeti Közlemények, 1905. 158. s köv. II. és u. ott 1906. 80. s köv. II.) Fogságának tulajdonképeni okát maga Bethlen mondja el az 1. sz. okiratban; de hogy egyénisége és szereplése a bécsi udvarban az előtt sem lehetett népszerű, azt azon tanukihallgatás mutatja, melyet a gubernium 1701 május 12-én

Gyulafehérvárt fogatosított, mikor a hunyadmegyei határok kiigazításával megbízott gr. Marsigli Lajos császári tábornoknak a guberniumról mondott kemény kritikája tudomására jutott.

Nagyklopódiai Pogány János vallomása szerint gr. Marsigli ekként nyilatkozott Bethlen Miklósról: »Nicolaus Bethlen nec suo defuncto principi fuit unquam fidelis, nec est Suae Majestati, illum quondam generalis Caraffa suspendio voluit necare, sed non erit tardum. Idem voluit nunc legatus venire Viennam, sed si et ipse ego ibidem adesse potero, ille nec in stabulo poterit permanere.« Szatmári János vallomásában viszont így nyilatkozott: »Credite et scribite illis, me dixisse: Gubernatorem, Nicolaum Bethlen et Johannem Sárosi excidio futuros vestrae patriae. Ecce ego dico et recordemini dum res sic eveniet. Tempore adhuc generalis Karaffa, Nicolaus Bethlen capite plecti debebat, sed non erit tardum.« (Erd. kancz. levéltár. 1701 nov. 27. Orsz. ltár.) Úgy látszik tehát, hogy nem kizárólag a »Noé galambja« volt oka a kancellár bukásának.

1.

Sacratissime et invictissime Caesar, Domine Domine Clementissime
Benignissime!

Ego miser fungus jam septuagenarius, qui per septem et medium annos jam in carcere computrui, per humillimum Memoriale effundo lachrimas meas ad pedes Augustae Majestatis Vestrae.

Ego sum ille, qui ante novem annos, tunc etsi indignus, tamen supremus in Transsylvania cancellarius regius, viva voce aggratulatus et apprecatus sum Vrae Mat^{ti} monarchiam Hispanicam, cuius testis est Panegyricus tum typis impressus.

Causa et occasio calamitatis meae est unum Projectum Pacis in anno 1704. ad legatos Anglicum et Hollandicum, pacis tunc inter divum Leopoldum et Hungaros et Transsylvanos jam turbatos faciendae mediatores directum. Cuius projecti summa finis et intentio erat pax dictarum provinciarum, salva uti mihi videbatur Mat^{te} Augusta, ut ita per dictam provinciarum illarum pacem posset S. Majestas omnes vires contra regem Galliae et ad monarchiam Hispanicam recuperandam convertere et sua imperia ac in illis meam etiam patriam et nationem foeliciter et tranquille possidere.

Si mea intentio alia fuit et si perniciem ullius intendi, — Deus me non tantum ex hoc carcere nunquam liberet, imo ex isto me in illum aeternum carcerem praecipitet: quocunque tandem modo illud praeter et contra mentem meam explicatum et usque ad mortem et horrendum istum carcerem mihi exitiale factum est. Contra me nihil amplius inventum, ne vel minima quidem umbra, vel minimae collusionis cum quovis mortalium Augustae Domui vel hostium, vel suspectorum.

Quocirca cum V^{ra} Mattas tot regnorum coronis coronatur, per regum regis spineam coronam V^{ram} Mattem oro, V^{ra} Mattas misereatur mei et si ille latronis in cruce misertus est, etiamsi ego latrone illo sceleratior essem, fiat mihi post tot horrendas passiones tandem gratia et libertas, quando inter tot lapsos, tamen gratiatus, in tota Hungaria et Transsylvania solus sum, qui de profundis gemo, aliis omnibus sine exceptione vita, libertas, bona, honores restituantur.

Dignetur V^{ra} Mattas eruere festucam ex oculis historiae et posteritatis, ne illa miretur, fuisse unum, qui aliquando Augusto Leopoldo vel cum suo periculo certe multum servivit et per dictam Mattem specialiter sub minimo sigillo et manu et verbo regio assecuratus et gratus fuit et tamen propter unum somnium bene intentionatum in carcere computruit et mortuus est, universali gratia exclusus.

Auspicaretur V^{ra} Mattas augustum suum imperium (cui ab Augusto primo par non fuit) clementia, ut ego laeto corde faciam, quod etsi flens, tamen et modo facio, nempe: ut Deum orem, ut V^{rae} Matti dicat, quod olim Davidi et Cyro, unctus meus et V^{ram} Mattem faciat vel Primum, ve Quintum in orbe christiano Carolum.

Sacratissimae Caes. Regiaeque Majestatis V^{rae}

humillimus et desperatissimus captivus

Comes Nicolaus de Bethlen mp.

Kivül: Ad Sacratissimam Romanorum Imperatoriam, ac Germaniae, Hispaniae, Hungariae, Bohemiaeque etc. Regiam Majestatem, Dominum Dominum Clementissimum Humillimus supplex libellus Comitis Nicolai de Bethlen captivi.

2.

Tekintetes Cancellaria, kedves bizodalmas és jóakaró Uraim.

Az Istenért és tisztí hütös kötelelségeért kérem kglmeteket bizodalmoson és szeretettel, az én vigasztalásomról ne feletkezzék, mert erdélyi több hazafiai között kglmetek nekem is hiti s tisztí szerént obligatus. Ha nem szolgálhattam is mind kglmeteknek, legalább nem vétettem. Az Isten kinek-kinek munkája szerént megfizet. Az én hozzám való atyafiságát is kívánom fizesse áldással meg. Maradok kglmetek

vén rab szolgája atyafia komája barátja

27. Sept. 1712.

G. B. Miklós mp.

Kivül: Inclitae Cancellariae aulico = Transsylvanicae. Dominis colendissimo et observandissimo. (Zárópecsét.)

3.

Édes öcsém Uram és kedves komám és jóakaró Uraim.

Értettem, hogy öfelsége minden erdélyi memorialéket kglmed kezébe küldött és azok között az enyimet, a vömét és Mármaros vármegyéjét, mely háromhoz nekem közöm vagyok.

Isten áldja meg öfelségét, hogy arra ment, a melyet mű ország, gubernium és cancellária örökké kívántunk és kértünk és kívált mikor

üdvezült gubernátor és Apor urammal hárman itt voltunk, instáltuk erőssen: Ut omnia Transsylvania, sive politica, sive militaria, sive juridica et fiscalia, vel cameraria, sive publica, sive privata memorialia veniant, per rectam regiam viam informationis guberni ad cancellariam aulico-Transsylvaniaicam et per illam ad S. Mattem, ne sint mille viae et cuniculi praeterita et neglecta hac cancellaria aulico-Transsylvania etc. Hanem hogy minden erdélyi ember a cancellaria által s hírével folytassa dolgát és a cancellaria kinek-kinek dolgát, ut optimum videbitur, az hova illik, ad ministerium bellicum, cameram etc. intimálja, recommendálja etc. és osztán ki-ki maga, vagy agense sollicitálja. És így a cancellaria legyen valóságos reális tisztességes instantia, mint a több cancellariák itt és a mint ez az Erdély mindenik cancellarius instructiojába is fel van téve a praefatióba etc. Ezt assequálván kglmetek, bizony boldog leszen a haza és a cancellaria. Illik ezt őfelségének alázatosan megköszönni és praxisáért könyörögni.

Az mi már azt az 3 memorialét illeti. Az vömnek legsietőbb a camarára való intimatiója, quia periculum in mora. A máramarosiról szóval izentem. Nagy momentum az ad conservandam jurisdictionem Transsylvaniaicam in illo comitatu. És hogy ez az erdélyi cancellaria expediálhasson oda gratialia etc. A mi az enyimet illeti. Nekem minden romlásom ez lön: hogy noha az én appellatióm a cancellariára, az ő helyére küldetett, de itt osztán a cancellaria kezéből éppen kivéteték és még csak a commissióba sem admittáltaték és az appellatio mai napig is az erdélyi törvény szerint nem decidáltaték. Mivel azért már őfelsége az igaz útba és helyre küldte az én memorialémot, én kglmeket atyafiságosan kérem és tisztii köteletségére kénszeríttem s az haza törvényért, legyen segítségel, még az én maradékom is szolgálhat kglmeteknek. Szóval Tarczali uram többet mond. Maradok kglmetek

atyjafia szolgája barátja

9. Martii 1712.

G. B. Miklós mp.

Kívül: Tekintetes, nagyságos, nemzetes Kornis Sigmund, Szentkereszti András, Simon Mihály, Bausner György uraméknak, kedves bizodalmos öcsém és komám s jóakaró uraimnak adassék.

4.

Serenissime Princeps, Domine Domine mihi clementissime.

Ego infelicissimi mortalium comitis Nicolai Bethlen captivi desperata vidua cum septem illius deploratissimis orphanis humillime proster-nor ad pedes V^{rae} Serenitatis per praesentes et illarum exhibitorem dnum agentem Sigismundum Tarczali. Per amorem Dei et 5 vulnera Jesu Christi oro V^{ram} Serenitatem pro consolatione.

Serenitatis V^{rae} humillima ancilla.

Captivi comitis Nicolai de Bethlen desolata uxor:
Julia Rédei et septem orphani Josephus, Stephanus,
Julia, Agnetha, Clara, Borbara et Helena.

Kivül: Ad Serenissimum Principem ac dominum dominum Eugenium Ducem Sabaudiae, Dominum Dominum suum clementissimum. Humillimum Memoriale introscriptae captivi comitis Nicolai de Bethlen desolatae uxoris: Juliae Rédei et septem orphanorum: Josephi, Stephani, Juliae, Agnethae, Clarae, Borbarae et Helenae.

5.

Sacra Caesarea et Catholica Regia Majestas, Domine, domine naturaliter clementissime.

Quamvis infelicissimus mortalium meus maritus, comes Nicolaus de Bethlen jam mundo et maxime propriae suae prostratae domui et supra omnes mihi miseriori viduae mortuus est, quem si in florente suo statu sepelivissem, me et suam domum in extremas has calamitates secum non traxisset.

Attamen quoniam meum, uxoris munus hoc est, ut usque ad meam mortem pro ipso, Deo et V^{rae} M^{atti} humillime lachrimer, ideo de genu et pulvere supplico V^{ram} M^{attem} per incomprehensibilem Jesu Christi passionem pro ipsius liberatione, in cujus securitatem ego, mea et liberorum meorum vita et bonis obligatis cavebo; si vero illa impossibilis est, oro saltem pro aresti mitigatione et pristino suo statui ac decrepitae aetati convenienti sustentatione et cadaveris brevi futuri ad majores suos sepeliendi indultu.

Porro si occulto Dei judicio, ipsi omnino in aresto moriendum est, ego nunc cum septem ipsius orphanis, nempe: Josepho, Stephano, Julia, Agneta, Clara, Borbara et Helena prosterno me ad pedes V^{rae} M^{attis} et humillime oro, ut V^{ra} M^{attas} propter Dei et miserarum viduarum ac orphanorum et antiquorum mei mariti servitiorum respectum, dignetur nos, domum ipsius quam clementissime consolari.

1-mo. Bonorum ipsius et gratiarum gloriosae memoriae Leopoldi Augusti ipsius datarum nobis confirmatione et realiter effectuione, juxta benignissimas dictae M^{attis} super illis emanatas litteras, quae V^{rae} M^{attis} ministerio cum debita humillima informatione producentur, dummodo placeat V^{rae} M^{atti} illi supertenenda conferentia et nostri in illa exauditione clementissime mandare.

2-do. Mandatis ad generalem suum in Transsylvania et Hungaria commendantem et ad gubernium Transylvanicum de nostra protectione et justitia administranda datis, quia si V^{ra} M^{attas} nostri non miseretur et non protegit, nos vel minima umbra conculcat, dum mariti mei desperatum statum omnes vident.

Miserrimum vero nobis est, ingens debitum mariti, usque ad quadraginta et amplius millia florenorum se extendens, quo tamen servitium et aerarium V^{rae} M^{attis} prosperavit; jam pars bonorum nostrorum per creditores occupata est et omnia nostra peribunt, si V^{ra} M^{attas} per justitiam et misericordiam nos non consolabitur.

Si Deo ita disponente, maritus meus pro justitiae et infelicitatis speculo manebit ad posteritatem, dignetur V^{ra} M^{attas} ex nobis suae clementiae et gloriae speculum facere juxta benignissimas divi Leopoldi

scriptas assecurationes. Quum ipso Deo authore: Filius non portet iniquitatem patris. Si maritus meus erravit, certe luit, ego et orphani innocentes sumus.

Deus qui ut rex regum, ita simul viduarum et orphanorum pater est, flectat cor V^{rae} M^{attis} ad misericordiam et eandem longo et felicissimo imperio coronet.

Sacr. Caes. et Catholicae Regiae Majestatis V^{rae} humillima subdita et ancilla.

Captivi comitis Nicolai de Bethlen desolata uxor;
Julia Rédei et 7 orphani Josephus, Stephanus, Julia,
Agneta, Clara, Borbara et Helena.

Kivül: Ad Sac. Caes. ac Catholicam R. Mattem D. D. naturaliter clementissimum. Humillimum memoriale introscriptae captivi comitis Nicolai de Bethlen desolatae uxoris etc. etc.

6.

Augustissime Imperator, Domine Dne nobis clementissime, benignissime.

Ad augustissimum M^{attis} V^{rae} thronum, ad genua provoluti, supplices nostras tanto alacrius effundimus preces, quo M^{attem} V^{ram} Sacrat^{mam} gloriosissimum clementiae et misericordiae vindicem, caelesti quasi suffragio nobis oblatum, publico cum applausu adoramus. Clementia equidem et justitia fulciri ac stabiliri imperia rara sua multorum saeculorum ac ad seros nepotes transmigrante felicitate, augustissima domus Austriaca experta, non secus Mattem V^{ram} Sacrat^{mam}, veluti tutelarem Deum, divinaeque majestatis jura in terris exercentem, eum in finem orbi christiano gloriose praeposuit, ut a sacratissima ejusdem dextera saluberrimi clementiarum fontes in omnium miserorum solatium promanarent et derivarentur.

Suscipientes eatenus in sinum nostrum, arcissima octennali (et quod excurrit) detentione, multum atritum captivum Nicolaum comitem de Bethlen, eundemque ad scabellum pedum M^{attis} V^{rae} Sacrat^{mae} venerabunda subjectione deponimus, atque oramus supplices, quatenus in ipso, coram sanctissimo M^{attis} V^{rae} tribunali, exosculentur, se invicem, mutuosque in amplexus ruant, clementia et justitia, qui humana sua fragilitate et imbecillitate, clementiae exercendae argumentum Sacrat^{mae} V^{rae} M^{atti} praebuit. Parcat igitur M^{attas} V^{ra} Sacrat^{ma} subdito, clementissimos suos lambenti pulveres, eundemque indesinenter lacrimanti uxori, plorantibus liberis, indignaeque suae familiae clementissime redonare dignetur. Cui ad canissimam redacto senectutem hoc saltem pro ultimo solatio esse queat, ut carissimis suis redonatus pignoribus, inter dulcissimos eorum amplexus, propiosque inter parietes, vitam cum coelo commutare pergat.

Quae dum ab ingenita M^{attis} V^{rae} Sacrat^{mae} clementia subjectissimis precibus contendimus, M^{atti} V^{rae} Sacrat^{mae} felix, diuturnum gloriosumque imperium de caelo apprecamur. M^{attis} V^{rae} Sacrat^{mae}

humillima et devotissima ancilla comitissa Nicolai de Bethlen, nata Julia Rhédei, ejusque liberi, perpetui item *Mattis Vrae Sacrat^{mae}* humillimique fideles subditi tota familia Bethleniana.

Kivül: Ad Augustissimum Imperatorem ac Germaniae, Hispaniarum, Hungariae, Bohemiaeque regem, Archiducem Austriae, Principem Transsylvaniae etc. Humillimus ac supplex libellus introscriptorum etc. etc.

7.

Sacratissima Caes. Regiaque Majestas, Dne Dne etc.

Quamvis ignotum nobis non sit *Mattis Vrae* deputationem hoc, quod iterare suscepimus, humillimo intercessionis officio coram augusto *Vrae Mattis* tribunali defunctam, — nihilominus pientissimum monarcham fidelibus suis subditis haud vitio versurum auguramur, dum antiquae in similibus observatae consvetudinis vices implere satagimus. Moris quippe erat sub principibus Transsylvaniae statibus et ordinibus preces pro lapsis apud principem deponere et praesertim pro iis, quorum anteacta vita, commendataque probitas veniam conciliare viderentur. Ex iis igitur rationibus, quibus memorata deputatio, moti et maxime promissi memores (nam Cibinii praesenti comiti Nicolao de Bethlen a statibus et ordinibus sancte promissum erat, juxta majorum instituta divo Leopoldo augustissimo imperatori, glorioso *Vrae Mattis* genitori, pro gratia consequenda humillime supplicatum iri, sed novercantis istius tempestatis injuria viam praecusit et occasionem nobis eripuit hucusque), memores inquam promissi, humillimas uxoris, liberorum, familiaeque totius Bethlenianae preces in sinum gratiae Caes. Regiae una cum nostris, alta submissione de genu flexo profundimus. Intercedant augustissime Imperator, dum intercedimus pro eo anteacta vita servitiaque notabilia augustae domui Austriae, ab exordio constituti in Transsylvania dominii et cum singulari zelo et indefesso studio, non inutili vero successu testata.

Non est mens nobis, quibus obsequii gloria relicta, majestaticis consiliis contra hiscere, nee curas *Vrae Mattis* publicis dicatas precibus fatigare, clementiae duntaxat materiam *Vrae Matti* humillime suggerimus, nostra tenui opinione augusto ejusdem nomini, clementiaeque Austriae, non ingratham. Nam sapientia *Vrae Mattis* altius considerare dignabitur, uti primum locum adfuisse justitiae, ita consecutivum ejus, vel secundum misericordiae non defore credimus in exorabili *Vrae Mattis* clementia; utraeque virtutes augustae domui innatae prior habuit effectum, altera cum delicti venia supplicatur, quod est indicium seriae poenitentiae, quae ne habeatur sera, sola gratia *Vrae Mattis* divinae et coelestis clementiae in terris imitatrix per consecutivum misericordiae opus tribuere efficax est. Ita coram augusto *Vrae Mattis* throno supplices provolvimur et fidelitatis atque obsequii profunda devotione glorioso ejusdem nomini humillime sacrificaturi perseveramus.

Sacrat^{mae} Mattis V^{rae} humillimi et obsequentissimi subditi
 Universi status et ordines trium nationum et quattuor
 receptorum religionum principatus Transsylvaniae et
 Partium regni Hungariae eidem annexarum.

Datum Mediae, die 20 Decembris, anno 1712.

Kivül: Szokott czímzés. (Zárópecsét.)

8.

Sacra Caes. Regiaque Majestas, Domine etc.

Quandoquidem S. C. Rque M^{atti} V^{rae} libuit tam in anno 1698, quam nunc proxime in clementissima audientia, me jam ante resolutarum suarum erga me indignum gratiarum futuro effectum consolari, ideo illa benignitate fretus, ita illas quam humillime specifico.

In anno 1696. Teste E. clementissime V^{ra} M^{attas} resolverat, in casu mortis, vel cessionis meae, officium supremi comitis comitatus Maramaros et capitaneatus Husztensis, filio meo Michaeli de Bethlen, de cuius expeditione intimationem ad cancellariam aulico-Transsylvanicam humillime peto, siquidem ingravescens mea aetas et incertitudo ultimae horae ad cessionem me monent, et praesertim, quoniam majora V^{rae} Mattis servitia Transsylvanica saepe meam in comitatu praesentiam ipsi alias valde necessariam impediunt. Quoniam vero praefati mei filii jam 30-mum aetatis annum agentis valetudo inconstans valde saepe me terret et contristat: humillime oro, dignetur V^{ra} M^{attas} hanc suam gratiam in alterum meum filium Josephum ita extendere, ut in casu mortis Michaelis Josephus succedere possit, ut ita mea canities per V^{ram} Mattem maxime consolata descendat in sepulchrum. Deus Caes. Reg. V^{rae} Mattis beneficia augustae tam personae, quam domui in infinitum remuneretur.

S. C. Regiaque M^{attis} V^{rae} humillimus et obsequentissimus subditus et servus

Comes Nicolaus de Bethlen.

Kivül: Ad S. C. Regiamque Mattem, Dominum etc. Super officio comitatus Maramarosiensis. Humillimum memoriale introscripti Comitis Nicolai de Bethlen, cancellarii regii Transsylvanici.

9.

Dominus comes Nicolaus Bethlen habebat adhuc anno 1702. a Sac^{mo} quondam Leopoldo Caesare collationem officii supremi comitis comitatus Maramaros, etiam in duos filios suos per mortem, vel cessionem ipsiusmet dicti comitis Bethlen. Acceditque tumultibus novissime sopitis mors in filium primogenitum et interea ipsum comitem Nicolaum Bethlen accidisse captivitatem, in qua hodie quoque haeret.

Venit itaque captivus iste cum instrumentis A. et B. ad cancellariam aulicam Transsylvanicam, flagitatque expeditionem pro superstite filio suo comite Josepho. Sed quia cancellariae huic ignotus est captivi hujus

modernus status, ideo (?) absque praevia notitia rei hujus et consensu excelsi in rebus Transsylvanicis ministerialis deputationis expedire quicquam noluit, praestolatura ejusdem mentem, quid supplicanti comiti pro responso dandum foret.

(Fogalmazvány.)

10.

S. C. et Regia Catholica Majestas, Domine etc.

Ex annexis A. B. C. clementissime dignabitur V^{ra} Mattas videre, qualis gloriosae memoriae augusti Leopoldi gratia facta fuit fratri meo, piaae memoriae comiti Michaëli Bethlen et per illius mortem mihi, comiti Josepho, ratione officii supremi comitis comitatus Maramaros et capitaneatus Huszt.

Frater meus erat juvenis, robustus vir, quod ego nec imaginari potuissem, mortuus est in florentissima aetate 33. triginta trium annorum et sic plane omnibus insperate successi illi per divinam providentiam in illa augusti Leopoldi gratia. Et quamprimum Rakotziana rebellio sopita est, vi illius caesarae gratiae in illo officio supremi comitis; et illud, quamvis jus non dixi, tamen realiter possedi, viceofficiales per avunculum una cum comitatu secundum leges constituimus, qui V^{rae} Mattis et comitatus servitium sine omni defectu impleverunt, absque omni cujusquam prohibitione et turbatione, jam per tres annos, conscio V^{rae} Mattis regio Transsylvaniae regimine sub nomine deputationis et gubernii constituto. Ego enim statim post ejectum Rakotzium exhibui deputationi, regiae Transsylvanicae donationem. B. et mandatum instellatorium C. et cupivi installari, sed responderunt: Quod jus quidem meum in donatione bonum agnoscunt, sed instellationem differunt, excusantes, quod mandatum Leopoldi esset vetus, tertius jam regnaret caesar et quod ipsi non essent gubernium, sed tantum deputatio, mandatum vero illud esset gubernio intitulum. Ergo ut renovarem mandatum instellatorium a Matte V^{ra} cum titulo ad deputationem et quod ipsi statim instellatores dabunt, ista quidem excusatio mihi non est visa solida et remonstravi: 1.) Quod tales regiae donationes morte regum non mutantur. 2-do. Mandata in donationibus fundata et se ad illas referentia et quae ad longum tempus dantur ad aliquod dicasterium per mutationem formae regiminis et mortem aliquorum consiliariorum, non invalidantur. 3-io. Deputationem regiam nomine tantum differe a gubernio, alias usque ad gubernii evectionem idem revera, quod gubernium esse. 4-to. Aspiciant titulum nemine nominato consiliaris Transsylvanicae. 5-to. Videant illa verba in casu mortis Michaëlis. Et in fine sine ulla contradictione et non exspectatis aliis ordinibus et mandatis. 6.) Et imperator donans et mandans et cancellaria expediens sciebat, in quod ipsa secum ferebat, quod mandati illius exhibitio ad annos posset differi et interim multae circumstantiae mutari, donationis tamen et illi ancillantibus mandati fundamento stabili permanente. His dum instellationem obtinere non potuissem recurri pro mandati renovatione ad cancellariam aulico-Transsylvanicam, sed quae hucusque differt. Quare

De genu Vrae Matti humillime oro, dignetur me in gratia augusti Leopoldi sancto verbo regio et sacrata manu firmata benignissime conservare et contra impeditores protegere. Ego in neminem peccavi, jam ea aetate sum, ut possim vilissimus inter servos Vrae Mattis numerari. Deus aeternum Vrae Mattis imperio benedicat.

S. C. et R. Catholicae Mattis Vrae humillimus, devotissimus subditus

Comes Josephus Bethlen.

Kivül: Szokott czímzés.

11.

Sacra Caes. Regiaque Majestas, Domine etc.

Ad innatae augustae domui clementiae et regiae Vrae Mattis erga omnes aequae justitiae thronum prostratus humillime remonstrare cogor.

Frater meus germanus comes Michael Bethlen mortuus est in anno 1706. Coronae in Transsylvania, Vrae Mattis praesidio tenta urbe; vidua ipsius Elizabeta Vay humili pro illorum temporum statu funere illum sepelivit. Et dominante tunc in Transsylvania in campo Rakoczio, tam bona defuncti sui mariti, quam bona patris mei Transylvanica omnia (quia nos Cibinii inclusi fuimus) possedit et inhabitavit sub protectione Adami Vay, inter asseclas Rakoczii non postremi.

Praevalentibus in Transsylvania Vrae Mattis armis et rebellibus inde excedere coactis, illa nemine cogente (quia ut femina vidua et nos mea in Transsylvania et in bonis, uti multae aliae viduae sub generalis commendantis protectione manere potuisset) una cum Kuruczonibus ex Transsylvania emigravit in comitatum Máramaros, ubi pater ipsius supremi comitatus et capitaneatus Husztiensis administrationem et proventus omnes possedit et filiam pro ut voluit, aluit, quae simul vineas etiam nostras in Beregszász pretiosas possedit et male cultas desolavit.

Rakoczio postea ex Hungaria ejecto, illa in Moldaviam et inde in Transylvaniam rediit et in defuncti sui mariti bona materna, nemine ex nobis obloquente, una cum pupillis condescendit et illa possedit; imo potuisset, quia ipsi oblatum fuit etiam cum matre mea et nobiscum habitare et vivere, si voluisset et quod et ipsi et mei fratris pupillis valde utile et bonum fuisset.

Pater meus ex pietate erga defunctum filium Michaellem Bethlen et illius pupillos, non tantum ipsam viduam in bonis mariti vivere et ibi dominari permisit, sed etiam ex bonis nostris aliis certam frumenti et vini adjutam ipsi constituit, ut tanto melius et honestius se et pupillos alere et vestire possit. Illa vero adjuta et bonis mariti sui quomodo usa sit, id Transsylvania tota scit, si inquisitio fieret. Longo tempore cum ill^{mo} dno barone Dujardin Vrae Mattis colonello promissa sponsa fuit et postea pro more copulata uxor nupsit.

Mínthogy az erdélyi törvények értelmében az árvák (István és Borbála) vagyonának gondozása s a fölöttük való gyámkodás joga Bethlen Józsefet illeti, — a királyhoz folyamodik, — »dignetur tam excellentissimo dno generali commendanti Steinvill, quam regio suo

gubernio adaequata huic nostro desiderio mandata dare, ut curent providere et praecavere, ne cum pupillorum damno et legum patriarum praejudicio, ingratum exemplum in Transsylvania hucusque non auditum statuatur« etc.

Sac^{mae} C. Rque Mattis Vrae humillimus et devotissimus subditus.

Comes Josephus Bethlen mp.

Kivül: Szokott czímzés.

(Az okiratok Erd. kancell. levéltár. 1712 nr. 168. Orsz. levéltár.)

Közli: DR. LUKINICH IMRE.

ADATOK GYÖNGYÖSY ISTVÁN ÉLETÉHEZ.

(Negyedik közlemény.)

Az Andrásyak és Gyöngyösy István.

Az Andrásyak Erdélyből, Csikszékből szakadtak Magyarországba. A régi törzsökös familiának Péter nevű tagja, Márton és Mindszenti Mikó Kata gyermeke, a császárhoz szító Békés Gáspár híve volt, a ki Báthori István erdélyi fejedelem s a későbbi lengyel király ellen támadt. Péter mint Csikszék királybírája 3000 lovast vitt s a vesztett kerelő-szentpáli csata után 1575-ben Magyarországra menekült. 1577-ik évben elkobzott erdélyi jószágai kárpótlásaul 300 frtot kapott a bécsi udvartól mint kis-komáromi lakos. A következő évben már *Krasznahorkaváralja* kapitánya. Nyílt, egyenes, őszinte, darabos, igazi katonacember volt, csak »magyarul tudott«, mint Bécsben megjegyzték. »Sértő beszédei« miatt a gömöri urak neheztek a »jöttmentre«, a bécsi udvarnál sem volt épen e tulajdonsága miatt valami nagy kegyben. A várat jókarban kellett tartani, katonákat fizetnie, míg az udvar csak semmitmondó levelekkel és kegyes intésekkel tartotta. Elkeseredve Báthori István ekkor már lengyel király utján, majd *Markházy* Pál Ajnácskő vára elárulója, a renegát lippai bég, új nevén Hussein aga ajánlásával Konstantinápolyon keresztül akart erdélyi javaihoz jutni. Sikertelenül. A végzet is úgy akarta, hogy Krasznahorkán maradjon. 1585-ben, akkoriban óriási öszszegért, 80.000 frtért kapta a bécsi udvartól Krasznahorkát a csetneki birtokrészzel együtt (Kata Krasznahorkensis) tíz évre zálogba. Zugolódott is érte s a császár hitelezőjének tartotta magát. Csak unokája, II-ik Mátyás 1642-ben nyerte III-ik Ferdinándtól örökadományképen Krasznahorkát. Ez igen híres procator és vitéz ember is volt, III-ik Ferdinánd háboruiban több ízben részt vett, különösen *Bethlen* Gábor ellen harcolt, kinek fogságából *Pálffy* Istvánt vitézségével kiszabadította. 1635-ben halt meg. Felesége *Monoki* Anna volt.

Az Andrásy-család fényének megalapítója fia, *Miklós* volt. Montecuculi táborában vitézül harcolt a török ellen. Gyorsan emelkedett,